

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

7. De proprietatibus mortis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

## DE NOVISSIMIS.

### MEDITATIO VII.

*De proprietatibus Mortis.*

### PUNCTUM PRIMUM.

1. **Q**uod sit certa & inevitabilis: & ita quidem, ut Deus præfiniverit diem & horam, quæ præteriri non poterit. Proinde convenit, ut omnem vitam ponam in servitio Dei, à quo per momenta penderit. 2. Porro Deus aliquando vitam prorogat ultra naturales causas, vel ad preces, ut Ezechiæ, & iis qui suscitantur à mortuis; vel ob alia consilia suæ providentiarum. Aliquando etiam minuit, vel Nemalitia mutet intellectum; vel contra in pœnam. *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.* Et pro expiando peccato in hac vita: ut ille Prophetæ, qui quod cibum sumisset contra prohibitionem, ab alio circumventus, occubuit à leone.

<sup>1.</sup>  
Mors  
certa.

<sup>2.</sup>

*4. Reg.*

<sup>2.</sup>

*2. Reg.*

<sup>3.</sup>

*5. Reg.*

<sup>4.</sup>

*13. 34.*

### PUNCTUM II.

2. **Q**uod dies, locus & modus latent: hoc tam men homo scit, quod veniet uti fur. Atque id ita ordinavit Deus, ut advigilaremus. *Vigilate: quia nescitis diem, neque horam:* Et, *Estote parati,* quia, quâ horâ non putatis, *Filius hominis veniet.* Quam rem pluribus parabolis inculcavit, ut de

<sup>1.</sup>

*Vigilan-*

*dum.*

*Mat. 24.*

*42.*

*Mat. 5.2.*

2. de decem Virginibus. 2. Recolam igitur causis auditos, aut visos & quotidie eveniunt improvisi, & per eos admoneri me intelligam, cui perinde possint contingere. 3. Cogitabo etiam quovis mortali peccato me reddi dignum tali animadversione. Nam Christus de quibusdam ruina oppressis pronunciavit: *Putatis, quod prae omnibus Galileis peccatores fuerint, quia talia*

*Eccl. 21. passi sunt: non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis: quasi dicat, non gravissima tantum peccata merentur talem animadversionem, sed quæcunque, nisi pœnitentiâ expientur. Et ausim, vel horam in peccato permanere? quis me securum reddit, cum Christum sciam comminari omnibus? ergo ho-*

*Eccl. 30. mo, Miserere animæ tuae placens DEO.*

34.

## PUNCTUM III.

1. *Q*uod semel tantummodo mori datur: *Sta-*  
*Mors ir-* *tutum est omnibus hominibus semel mori:*  
*repara-* *proinde, si semel male, caret remedio in omnem*  
*bilis.* *æternitatem: uti contra, absque periculo jactu-*  

*Heb. 9.* *ræ est mors semel obita in gratia Dei. Ubi ce-*

*Eccl. 11. ciderit lignum, sive ad Austrum, sive ad Aqui-*

*lonem, ibi erit. 2. Hinc obstupescam, qui*  
*3.* *fiat, ut homo ista pro certissimis habens ex fide*  
*divina tam incuriūs vivat suæ salutis. 3. Deinde*  
*excitabo meipsum ad curam majorem, & fer-*  
*vorem suppliciter orans, ne ad Aquilonem mi-*  
*hi cadere contingat. Discutiam quoque, quid*  
*hoc momento foret mecum, si mors ob-*  
*repereret.*

ME-